



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

**Institvtionvm// Ad Vniversvm// Ivs Pontificivm, Sive//
Canonicvm, Libri Qvatvor**

Lancellotti, Giovanni Paolo

Basileae, 1566

vj. De Electione.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-61756](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-61756)

ſū, quaſi Archiepiſcopi & Primates nō eandem habeant poteſtatem: ſed, quōd preſbyteris & cæteris inferioribus illa non conceduntur. Ridiculum enim eſſet cogitare, Episcopis illa quidem permitti, Archiepiſcopis & Primatibus, qui Episcopis præſunt, eadem denegari.

Papa eſt ordinarius omnium ordinariōrum, et Eccleſiæ Romanæ omnes eccleſiæ ſubſunt.

Sicut autem Petrus Apoſtolus primus fuit Apoſtolorum, ita & Eccleſia ſuo nomine conſecrata, Domino inſtituente, prima eſt & caput cæterarum: & qui illi præeſt, cæteros Episcopos antecellit: unde ad eam, rāquam ad Matrem^b atque apicem, omnes maiores Eccleſiæ & Episcopos recurrunt: à qua, quaſi à quodā capite, dona, velut in corpus omne diffunduntur. Ipa autem tāquam omniū magiſtra, celiſiore ſede reſidens, à quoquam iudicari^c non poterit. Quinimō, velut tempore Noë omnes extra arcam poſiti, diluuij vaſtitate conſumpti ſunt: ſic extra Petri nauiculam conſtituti, æternę damnationis fluctibus obruentur.

DE ELECTIONE, TITVLVS VI.

Duobus modis creantur Episcopos.

Romouentur autem tam Episcopos, quā prælatis: ceteri, aut per electionem, aut

per poſtulationem.

Quid ſit electio, & quōd ad unūq. Ius eligendi habentes citari debent, alijs nōn ualet electio: & non citatus poteſt habere ratam electionem.

Cæterum, vt prius de electione dicamus, Electio nihil aliud eſt^d, quā hominis alicuius ad dignitatem, vel fraternam ſocietatem Canonicę facta uocatio: nam cūm viduatę prouidendum eſt Eccleſię, debent^e cuncti, qui eligendi Ius habent, legitime citari, vt electioni interſint. Quōd ſi vel in vnus perſona fuerit id omiſſum, irritam reddit electionem talis omiſſio^f. Sæpè etenim reſcriptum eſt, magis hac in re vnus obſe contemptum, quā multorum contradictionem^g: planè, ſi is, qui citatus non fuerit, ratā adueniēs habere velit electionem, confirmanda erit electio^h.

Absens poteſt uni de capitulo uotum ſuum demandare. h. d.

Sed & ſi quis caſu aliquo ad electionem accedere fuerit impeditus, uotumⁱ ſuum uni, vel pluribus de capitulo demandare minimè prohibendus erit.

Procurator ad eligendum non poteſt unum procuratorio, alium proprio nomine eligere, niſi habeat mandatum de eligenda certa perſona.

Et, k ſi tantum vnus uotum ſuum quis demandauerit, & is vnus ſuo, alium mandantis nomine in ſcrutinio nominandum duxerit

a diſt. 21. per totum, & maximè ca. 2. & can. 11. diſt. 22. per totum.

b cap. anti-qua. extra, de priuileg.

c can. nunc autem. 5. prima ſedes. d. diſt. 21.

d Glo. in uer. uera poſtulatione. cap. 1. de poſtulat. prælatis. in 6.

e cap. coram dilect. extra de elect. ca. quamuis ſuper. in prin. uerſ. prout ſunt. ubi Glo. in uer. euocandi. de offi. ordi. in 6.

f cap. bonæ memoriæ. l. 2. in fin. extra, de elect.

g cap. quōd ſicut. in fin. prin. d. tit. de elect.

h d. cap. quōd ſicut. in fin. princip.

i ca. quia propter. ſiluid. extra, de elect. infra, tit. ſeq. 5. his quoque.

k cap. ſi quis iuſto. 5. porro. de elect. in 6.

xerit, nihil agit, nisi de certa eligenda persona mandatum acceperit: quo casu in illam mandantis, in aliam suo nomine iure consentire poterit.

Duobus procuratoribus ad eligendum datis in solidum, non possunt ambo eligere, sed erit melior conditio occupantis: & si non appareat de prioritate in occupando, præponitur electus à capitulo, uel primo nominatus in procuratorio. h. d.

a cap. si quis iusto. in pri. de elect. in 6.

Quòd si pluribus in solidum vices suas quis commiserit, non quidem omnes reddere votum poterunt (quia vota dirigere possent in diuersos, sicq; res non haberet exitum) sed erit occupantis melior conditio: & si ita concurrat, ut inter eos prior non appareat, is admitteretur duntaxat, quem vel capitulum, vel pars maior elegerit: vel, si concordare nequeant, is, qui primus in instrumento, vel literis procurationis nominatus fuerit.

Non possunt plures deputari ad eligendum in solidum. h. d.

b cap. si quis iusto. in fin. prin. uers. fin. aut. de elect. in 6.

Sin autem plures non in solidum constituti fuerint, eadem ratione nullus eorum admittendus erit, sibiq; mandans imputet, qui sic eos imprudenter constituerit.

Non potest uotum in electione reddi per literas.

c d. ca. si quis iusto. §. fin. de elect. in 6.

Sed cum absens reclamante capitulo extraneum constituere nequeat: videamus an, si nullus de Collegio velit esse pro-

curator, saltem per literas votum suum reddere valeat: & sanè, cum non ante electionem, sed in ipsa electione secretè, & sigillatim duntaxat singulorum vota sint exprimenda, per literas reddi non poterunt.

Superius dicta non habent locum in electione Papæ, in qua multa sunt specialia. h. d.

Sed hæc quidem in aliorum Episcoporum, non in Romani Pontificis electione obtinent. In huius enim nec ulla necessaria est citatio, nec alij quis absens votum suum demandare permittitur. Alia quoque in eo specialiter constituta sunt, quæ ex Decretalium libris de

d cap. ubi periculum. de elect. in 6.

e can. 1. distin. 23.

centius est, quam hic, accipere. Electio celebratur tribus modis, & quomodo per inspirationem, & quòd Laici non per inspirationem, sed per conspirationem dicuntur eligere. h. d.

Celebratur autem electio tribus modis, per Inspirationem, per Scrutinium, & per Còpromissum: per Inspirationem, ut cum electores nullo præcedente tractatu, quasi diuini Spiritus impultu, simul omnes in unum repente consentiunt, & simul unum nominant. quòd si forte laici prece vel precio corrupti aliquem concordibus clamoribus petant, is non tam per inspirationem, quam per nefariam conspirationem nominatus, omni penitus electionis fructu merito carere debet.

f cap. perpetuo. ubi præsump. §. Helix. de elect. in 6.

g ca. q. i. propter. in fin. prin. extra. de elect.

h can. si ergo. §. q. 1. & cap. 2. de elect. extra.

Quomodo dicatur celebrari electio per b

Scrutinium, et qui sint Scrutatores. h. d.

a. d. cap. quia propter. in prin. extra. de electio.

Per Scrutinium fieri dicitur electio, cum presentibus omnibus, qui debent, volunt & possunt commodè interesse, tres de Collegio fide digni assumuntur, qui secretè & singulatim vota cunctorum diligenter exquirunt, & demum in scripturam redacta, publicant: Quo facto collatione habita, is demum ceteretur electus, in quem, vel omnes, vel maior & sanior pars capituli statim consenserint.

Pars minor eligentium ad infringendam maioris partis electionem potest opponere de propria autoritate, ac zelo, et de meritis electi. h. d.

b. cap. ecclesia uestra. extra. de electio.

Quòd si eligentium vota ita se diuiserint, ut hinc quidem electorum pars numerosior consistat, inde minor, sed quæ non minus ex autoritate eligentium, quàm ex meritis electi sanior appareat, ad infringendam partis numerosioris electionem facultas erit minori, & de autoritate ipsorum eligentium, & de meritis eorum qui electi fuerint, opponere.

Cõtra electionem factam à duab. partibus non potest opponi, nisi de nullitate uoti alicuius earum dicitur partium. h. d.

c. ca. si quando cõtigerit. de elect. in 6.

Hoc tamen tunc obtinebit, cum non magnus in altera parte cõtigerit excessus: ceterum, si quando duabus electionibus celebratis, pars altera eligentium, alia duplo maior numero

deprehendatur, contra huiusmodi electores ad extensionem meriti, vel autoritatis ipsorum paucioribus, vel electo ab eis opponendi facultas non erit: quanquam, si quid opponere voluerint, quod votum illius, cui opponitur, nullum ipso iure redderet, id eis minimè ceteretur interdictum. Vocantur autem viri tres de Collegio sumpti, Scrutatores, eò quòd singulorum vota diligenter scrutentur.

Quomodo per compromissum celebretur electio, et quòd arbitri non seruantes formam compromissi nulliter eligunt. h. d.

Per compromissum celebratur electio, cum plures idonei viri eliguntur, in quos omnium vice eligendi certo modo facultas & potestas transfunditur. qui arbitri, compromissi fines diligenter custodire debent, scituri, si quid non secundum demandatam formam egerint, nullum habiturum esse iuris effectum.

Potestas Arbitrorum non expirat re non integra, etiam non secuta electione. h. d.

Quòd si intra terminos constiterint, quod ab eis gestum fuerit, usque ad eò raram habendum erit, ut etiam non secuta electione, re tamen non integra demã data sibi potestas reuocari non possit. Ostendimus quibus modis electio celebretur, cõsequens nunc est uti videamus, & qui possunt eligere: & in quos cadere possit electio.

Qui

d. d. cap. quis propter. uers. sic. uel saltè. extra. eodem tit.

e. cap. si cui eligendi. eod. tit. in 6.

f. cap. in causis. ext. eod. tit.